



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 100. Fœdus Gallos inter & Helvetios

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. tis suorum mille, ac trecentis & am-
 A C 1444 plius captis. Iterata hac clade ingenti
 Basileensis urbis incolæ, longe majori ta-
 men Patres Concilii terrore perculsi sunt,
 veriti, ne Delphinus collatis cum Eu-
 genio consiliis, eos, omnesque hujus Sy-
 nodi socios comprehendenderet, captosque
 abduceret. Quocirca ad hunc Princi-
 pem suos Delegatos unacum civitatis O-
 ratoribus decernebant, cuius legationis
 præcipui erant Arelatensis, & S. Calixti
 Cardinales, unacum quatuor Episcopis,
 totidem Nobilibus, duodecim Doctoribus,
 ac pari numero civibus eos comitanti-
 bus. Hi omnes Delphinum depreca-
 bantur, ne cum toto exercitu, sed non
 nisi suis familiaribus stipatus, urbem in-
 gredeleretur, vicissim vero pollicebantur,
 se Austriæ Duci satisfacturos oblatis con-
 ditionibus, quas ipse quoque, eo tempo-
 re Delphini copiis præsens, gratas ra-
 tasque habuit.

§. C.

Fœdus Gallos inter & Helvetios.

His ita compositis, exercitus quidem
 Basilea discessit, fœde tamen agros
 depopulatus est. Delphinus quinto jam
 mense in urbe commoratus, concluso
 cum Helvetiis fœdere, inde profectus est,
 accepto Regem Nancæi adeundi manda-
 to.

to. Hæ pacis conditiones cum Helve- Sæcul. XV.
A.C. 1444.
tiis initæ, Encisheimii die vigesima o-
ctava Octobris, apposito utriusque partis
sigillo, firmatæ fuerunt.

Delphinus, Regem Nancæi conven-
turus, iter suum per Montis-Belligardi
oppidum instituit, interea vero Prezæus
Prætor Pictaviensis urbem Metensem ob-
sidione cinxit. Jam septimum mensem
tenuerat hæc oppugnatio, quæ unice in
gratiam Renati Andegavensis Lotharin-
giæ Ducis suscepta erat. Incolæ, cum
Gallos hyemis rigore necquidquam re-
morante, urbem capere omnino decrevis-
se cernerent, Nancæum ad Regem alios
destinabant Legatos, supplices, ut Rex a
cæpto consilio desisteret; cum nullum ipsi
jus ad hanc urbem competeret, utpote
nullatenus Franciæ Regis dominio obno-
xiām.

§. CI.

Aliud concordiae padum cum Metensibus.

Minus benigne excepti sunt Metensium
Legati, quibus Joannes Rabotavius
Regii Senatus Præfes paucis respondit,
invictis omnino argumentis probari, quod
urbs Metensis Galliarum Regum imperio
subesset, cuius juris auctoritate nixus
Rex eandem sibi tradi juberet. Acce-
pto responso Metenses quantocius alios

H 2 designa-